

Quintus

etiam tantum. Ideo ubi non arguitur ab effectu ad suam causam formalem.

Finis est gratia cuius aliquid fit. Locus a causa finali est habitudo ipsius ad suum effectum. et est constructivus et destructivus. Locus constructivus sic. Beatus est bonus ergo virtus est bona. Locus a causa finali. Maxima cuius finis bonus est ipse quod bonum est. Destructivus sic. Pena non est bona ergo peccati non est bonum. Locus a causa finali. Maxima cuius causa mala est ipse quod malum. Et converso adest de loco ab effectu causae finalis.

Postquam autem dicitur de loco a causa formali. Bona dicitur de loco a causa finali. eo quod causa finalis in suo esse reali mediante forma acquiritur ratione cuius per modum diffinitive dicitur. Finis est gratia cuius aliquid et ratio est. quod illud quod contrahit et movet intentionem agentis ad producendum effectum est gratia cuius aliquid fit sed finis movet et parat appetitum agentis ad producendum effectum. Ratione cuius dicitur finis. quod finit et terminat intentionem agentis. ideo finis est gratia cuius aliquid fit. et in hoc differt a ceteris causis. quod nulla aliam causam terminat intentionem agentis. sed solum id quod habet rationem finis. Sciendum primo. quod finis potest dupliciter considerari. Uno per terminum duratorem aliquid rei. ut motus dicitur finis hominis. quod finit duratorem vite sive sic finis non est causa necita capite hic. Alio capite finis per illo quod finit intentionem agentis in producendo effectum et est bonum consequens ipsum effectum. et hoc modo est causa et sic capite hic. et sic distinguitur. quod quidam finis est quo quis ordinat ad ulteriores fines consequendum. Et respectu precedentium dicitur finis. et respectu sequentium que immediate ipsum consequuntur dicitur finis quo. ut pecunia acquisita per multa media dicitur finis quo. et ut valeat ad alios fines dicitur finis quo. Alius est finis gratia cuius ultimo est acquisitus. et est causa mediorum precedentium. et ut quod illorum finium convenit diffinitio finis. etiam bonum possunt dici finis gratia cuius mediorum precedentium ut pecunia acquisita per multa media dicitur finis quo et finis gratia cuius respectu diversorum. Sciendum secundo. quod locus a causa finali est habitudo ipsius ad suum effectum et terminat affirmativus sic. beatus est bonus. et virtus est bona. et ratio est. quod bonitas rei sumit ex bonitate finis. et ratio est. quod bonitas finis et mediorum ordinatorem in finem et sic finis est bonus finis et mediorum ordinatorem in finem et ratio est. Interfectio hominis est mala. ergo gladius est malus. Maxima cuius finis malus est ipse quod malum est. sed contra locus ab effectu causae finalis est habitudo ipsius ad suam causam. et tenet affirmativus et negativus. et potest argui per ipsum capiendum argumenta et maximas superius positas. Sciendum tertio. quod finis potest capi dupliciter. Uno materialiter per illud quod est et non per respectum ad media quorum est finis. Alio considerat formaliter in ratione finientis. et sic importat respectum ad media que sunt media ad ipsum. et hoc modo

bonitas finis ratione finientis includit bonitatem eorum que ordinantur in ipsum. et arguendo per locum a causa finali non sufficit quod finis finit se sit bonus ad intercedendum bonitatem effectus. sed requiritur quod sit bonus in ratione finientis seu finis. quod solum illo modo habet rationem causae finalis. Sciendum quarto. quod effectus causae finalis est medium ordinatum ad aliquem finem. ut virtus ordinata ad beatitudinem. sed duplicia sunt media ordinata in finem. quia quaedam sunt media ordinata per se. alia per ordinata per accidens. Media per se ordinata sunt illa sine quibus finis acquiri non potest. sicut est virtus respectu beatitudinis. Media per accidens sunt illa sine quibus finis acquiri potest. ut inebriatio respectu sanitatis. que quibus accidentibus est medium acquirendum sanitate. que in acquiri potest absque inebriatione. et locum ab effectu causae finalis solum tenet in mediis per se et non per accidens. non enim sequitur inebriatio est mala. ergo sanitas est mala. Contra predicta arguitur primo. si nolum malum est finis. cum finis habeat rationem boni cum est appetibilis ab efficiente. et tamen aliquis malus est gratia cuius aliquid fit. ut interfatio innocentis et gratia cuius aliquid fit. ergo ista diffinitio convenit aliis a diffinitio. Secundo sic. Non sequitur elemosina est bona. si sumari ad dandum elemosinam est bonum. et tunc arguitur causa finali affirmativus. Tertio sic. Non sequitur sectio non est. ergo securus non est. quod antecessus potest esse verum consequente existente falso. ergo locus a causa finali non tenet negativus. antecessus per quod illius plene quentia antecessus potest esse verum per se existente falso.

Quarto sic. bonitas finis non dependet a bonitate mediorum. ergo ad bonitatem mediorum non sequitur bonitas finis. et sic locus ab effectu causae finalis non tenet affirmativus. Quinto sic. non sequitur homo est malus. ergo virtudo est mala. et tamen arguitur ab effectu causae finalis ad causas finales. quod homo productus est. propter beatitudinem acquirendam. ergo talis locus non tenet negativus. Ad primum dicitur. quod nulla malum sub ratione materialiter finis. cum malum in se est apparet bonum habere rationem finis appetibilis et gratia cuius aliquid fit. hoc diffinitio non convenit aliis a diffinitio. Ad secundum dicitur. licet elemosina per se sit bona. tamen elemosina ex furto fit est bona. quod non est acquisita per debita media. Ad tertium dicitur. licet locus a causa finali non tenet respectu huiusmodi dicitur esse et non esse. sed solum respectu horum predictorum bonum et malum. quod finis et effectus eius solum habent convenientiam finem ad bonitatem cum eadem sit bonitas finis et effectus eius. nam finis finit ad esse et extrinsecus effectum. Ad quartum dicitur. quod bonitas finis non dependet ex bonitate mediorum in genere causae finalis. tamen effectus dependet ab ipsis. et dato quod non causaretur ab ipsis. tamen illarum posset sequi ex bonitate mediorum eo quod media capiunt bonitatem a fine. Ad quintum dicitur. quod virtudo solum est causa finalis hominis virtuosus ordinat ad ipsum et non virtuosus qui recedit et deviat a beatitudine. ideo ibi non arguitur ab effectu causae finalis.

Generatio est progressio a non esse ad esse. Locus a generatione est habitudo ipsius generatiois ad suum generatum. et est constructivus et destructivus. Constructivus sic arguitur. generatio domus